



Notes du mont Royal

WWW.NOTESDUMONTROYAL.COM



Cette œuvre est hébergée sur «*Notes du mont Royal*» dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

H ΣΙΟΔΟΥ
ΑΣΚΡΑΙΟΥ
ΤΑ ΕΤΡΙΣΚΟΜΕΝΑ.

H E S I O D I
A S C R Ā E I
Q U A E E X T A N T.

Ex recensione

J OHANNIS G EORGII G RÆVII,
Cum ejusdem animadversionibus & notis.

Accedunt nota inedita

J OSEPHI S CALIGERI,
E T
F RANCISCI G UIETI.



A M S T E L O D A M I,
Apud D A NIELEM E LZEVIRIUM.

M D C L X V I I.
Sumptibus Societatis.





ILLUSTRISSIMO ET EXCELLENTISSIMO
VIRO

CAROLO SANCTA-MAURÆO
DUCI MONTOZERIO,
REGI CHRISTIANISSIMO A CONSILIIS,
UTRIUSQUE ORDINIS REGII
TORQUATO EQUITI,

NORMANIAE, ENGOLISMÆ, SANTONIAE
PROVINCIIS PRÆFECTO,

JOHANNES GEORGIUS GRAEVIVS
D. D.

MAgna & infinita quædam, Illusterrissime Montoseri, studiorum, quibus varie ducuntur homines, est disperantia: nec quicquam facile reperias, quod alii non mirantur, alii contemnunt. Si quid tamen est, quod sine exceptione mortalium omne genus expedit, id est amari. Nemo sibi unquam tam iratus fuit, ut si alterutrius optionem haberet, maluerit odio esse quam amori. Ii ipsi, quos intemperantia libidinum, aut im-

E P I S T O L A

potentia dominationis humanitate quasi exuit, ut, si suis modo possint obsequi cupiditatibus & animo, nihil videantur aestimare graves ne & invisi, an cari sint & diligentur: quin ii ipsi, quibus dirus ille & execrabilis versus semper in ore est, oderint dum metuant, habent tamen a quibus amari volunt & quorum consuetudine delectantur & studiis. Si enim notis æque ignotisque essent exosi, ac eorum collocutiones & congressiōnem fugerent & aversarentur omnes, qui vivere possent, aut quem vitæ suæ caperent fructum? Atheniensis ille Timon, qui tam vasto & immani erat ingenio, ut nec se nec alios pati posset, & omnibus hominibus amicitiam & cunctarum rerum commercium renuntiaret, non vixisse existimandus est, sed se ipse vivum videntemque extulisse. Nam ejurare patriam, parentes, necessitudines; consenescere in æternis tenebris & solitudinibus, ad conspectum hominis fugere, non secus ac ad noxii animalis occursum, quid est nisi viva sepultura? Nati sumus homines ad societatem colendam, non ad silentium & latebras pecudum. Quo quis vero altiore animo est, & præstantiore indole, hoc pluribus abundat copiis & ornamentiis ad societatem

DE D I C A T O R I A

tatem hanc juvandam, plurimumque voluntates alliciendas, ut natura consequatur, cum, qui maxime sit amabilis & carus plurimis, necessario multis magnisque ingenii & animi opibus excellere. Fons enim omnis amoris est decus & pulchritudo. Multorum sane conspiratio & consensus in ardenter amanda eadem re nullus esse potest, nisi ea pulchritudine & dignitate præstet. Nam sic comparatum est ut venustatis species muta quasi sui commendatione omnium animis insinuet, suique eos amore inflammet, ut verissime censuerit ingeniorum Princeps, ei, qui tanta esset oris dignitate & præstantia, qualis tribuitur Deorum signis, omnes cives excellenti illa forma perculfos summam imperii decreturos esse. Et sicut pulchritudo inseparabit animos; sic turpitudo & deformitas avertit & a se alienat. Quis est, etsi ab omni fœda cupiditate sit remotissimus, quem non elegans forma capiat? Insignes autem ad deformitatem homines & aspectu tetros, quis non tanquam obsecnum ostentum abominatur? Hinc olim sapientissimorum hominum legibus cautum fuit, ut tales simul accinati essent necarentur, aut in ultimas terras ac solas insulas deportarentur. Si vero facies

E P I S T O L A

honesta, quæ deflorefcit ætate, & febricula
levique alia causa sæpe conficitur, tantum
potest excitare amorem, quid existimandum
est de pulchritudine animi divinis virtutum
ornamentis collucente, quam nec ætas, nec
morbis, nec ipsa Fortuna potest corrumpe-
re? Hujus demum incredibilis & mirifica
quædam vis est, quæ omnium mentes in se
convertit & quasi desigit, nec splendore suo
illorum tantum, qui prope sunt, coramque
fruuntur, ut eorum qui liberalis formæ ve-
nustate pascunt oculos, sed & eorum qui in
longinquis & disjunctissimis regionibus a-
gunt aciem præstringit. Virtus enim excel-
lens in tenebris & angustiis latere non po-
test: sed lucem suam longe lateque diffundit,
cujus claritas & elegantia cunctos ad sui a-
morem invitat, non hostes solum, sed illos
ipsoſ qui omnibus sceleribus & flagitiis co-
operti bellum ipſi virtuti videntur indixisse.
Quid enim fuit quod compulit legatos Ma-
cedonum, ut Pauli Æmilii, qui orbis eos im-
perio, omniq[ue] pristina dignitate & ampli-
tudine nudaverat, ut, qui antea fuerant o-
mnia gentium decus & terror, tum ludus
effent & fabula, lectum feralem manubiis
Macedonicis ornatum sponte sua, cum tum
forte

D E D I C A T O R I A.

forte essent Romæ, subirent, ac fercula suarum cladiū, titulumque suæ servitutis ipsi circumferrent, mœstioresque funebrem pompam ducerent, quam ante triumphalem secuti erant? Quid fuit quod incitavit prædones, diis hominibusque infestum geniu, ut a se ipsi degenerarent, depositaque immani illa rabie, qua efferati fortunis & capitibus omnium insidiantur, omniqueste lere & parricidio se adstringunt, ut P. Scipionem in Linternensi exilio sibi suæque dignitati, quæ senio ac invidia civium ingratiorum obsoleverat, superstitem adoratum venirent, & tanquam cœlestē munus ejus expererent conspectum, admissique reverentijs ejus villani quam Deorum immortalium templū adirent? Quid fuit nisi virtutum excellentia, quam, etsi cupiditatibus eorum adversaretur, suspicere cogebantur & venerari? Sed pecco qui obsoletis antiquitate temporum exemplis utar, cum tu unus, Vir Illustrissime, sis instar omnium, istudque honoris & existimationis fastigium, in quod es electus, abunde testetur, quantum virtus valeat ad commovendam admiracionem, ingentemque omnium amorem colligendum. Nam apud Regem unum omnium

E P I S T O L A

maximum & sapientissimum in tanta es grata,
tantaque dignatione, ut nemo sit cui in-
videre possis. Magni exercitus, ac florentissi-
mæ provinciæ tuæ curæ ac potestati sunt
creditæ, illique adscriptus es consilio, quod
de summa republica cum Augusto Principe
deliberat. Civibus vero tuis omnium ordi-
num nemo gratior existit, nemo carior. Ex-
teri nullum magis admirantur, nullius lau-
des libentius audiunt, & effusius prædicant,
quamvis nullam earum partem prædicando
possint assequi. Hoc tantum decus, quod o-
mnium animos in se convertit, incredibili-
que tui amore accedit, non tibi pepererunt
tui natales, licet illi sint illustrissimi, sed in re
militari summa virtus, summumque censi-
lum, in administranda provincia iustitia
continentiaque, in omni genere prudentia
singularis, divinæque aliæ animi ingeniique
dotes, quæ in te effulgent innumeræ. Impe-
ratorias artes tuas, a quibus nemo est para-
tior, commemorabunt annales vestri: in qui-
bus posteri mirabuntur tantum in te fuisse
consilii & rationis, ut fortunam in illo suo re-
gno in tua manu & potestate videaris habuif-
se: tantam vero magnitudinem animi, ut
nec ejus minis, nec injuria, cum aliena culpa
non-

DEDICATORIA:

non nihil offenditum esset aliquando, potuerit inflecti. Sed ut in hoc laudum militarium spatio quitecum decurrant socios forsan habes : virorum enim fortium uberiore preventu vix unquam floruit tua patria , quam hoc tempore, quo tot imperatores egregios apud vos esse, quot ordinum fere sunt ductores, constante fama & omnium sermonibus celebratur : ita qui bellicam gloriam illustraverit tanta pacis artium accessione , & qui inter assiduum armorum strepitum largius te sapientiae & omnium præclararum disciplinarum studiis impleverit pectus , frustra quæras. Fuerunt enim pauci ab omni memoria tam felices nati , quos togæ juxta & sagi decus posteris commendarit. Ad utriusque cupiditatem cum te divinum incitasset ingenium, non modo spem , quam de te conceperant omnes, quite norant, ingentem , superasti ; sed tuis etiam ipsius votis majora consecutus es , & ambiguum reddidisti , præclarious ne partes geras imperatorias , an majoribus sapientiae & eruditionis opibus affluas , eximio documento literas quoque telum esse acerrimum ad rem militarem , nec temere olim Minervæ clypeum & hastam assignatam, Herculique & Musis

E P I S T O L A

eandem ædem fuisse dedicatam. Alii, quos
in tantam dignitatem, qua tu es, fortuna col-
locavit, omnes laudis & officii in hoc genere
numeros impletæ sibi videntur, si literas,
quas olim in pueritia delibarunt, ubi exces-
serunt ex magisterio, non contemnant, illa-
rumque studiosos non negligant plane, quæ
fane, ut nunc est, in tanto artium optimarum
fastidio, non exigua laus est ducenda: Tu
vero, Illustrissime Montoseri, quain longe
supra illam es elevatus! Tu non modo mirifi-
ca beneficentia & liberalitate, quam excel-
sior indoles tibi inferit, & usus ac doctrina
confirmavit, omnes, qui virtutis & eruditio-
nis aliquam habent opinionem, complecte-
ris & ornas: sed & ipse, non contentus mi-
nusculis illis, ut ita dicam, Musarum sacris,
in earum ἐπηρεάς quasi penetrasti, omnes-
que literarum interiorum abstrusos sinus &
recessus exploratos habes. Magnum hercle
hoc est, & admirandum, in tanta fortunæ
amplitudine tantos eruditionis reconditæ
collegisse thesauros; sed majus est, & supra
seculi hujus captum, Virum Illustrem, qui in
castris adolevit, omnes exquisitæ doctrinæ
delicias sic imbibisse ut in succum & sanguini-
nem verterit, & ipse scribat tam eleganter &
tam

D E D I C A T O R I A.

tam polite , versusque pangat cum Latinos
tum in vernacula lingua, tam tersos & lima-
tos, ut cum antiquorum felicis ætatis scri-
ptorum carminibus possint contendere, ru-
boremque incutiant iis , qui huic uni stu-
dio in omni vita incubuerunt , cum tam
longe se ab hac emendatæ scriptio[n]is laude
abesse intelligant. Si quam tamen alii non
inconcinne scribendi facultatem sibi com-
pararunt , eam longo & assiduo usu , multis-
que laboribus & vigiliis ægre sunt adepti : tu
vero eam beata ingenii ubertate ludens qua-
si jocansque inter perpetuam armorum tra-
ditionem es consecutus. Hoc enim tuum
a publicis curis diverticulum ; hoc illius
temporis, quo sub pellibus, & deinde in præ-
torio remisisti animum , liberalis fuit oble-
ctatio. Nullas Musis alias impendisti horas,
nisi quas reipublicæ administratio tibi reli-
querat vacuas. Hujus pulcherrimæ laudis
tibi propria esset possessio , nisi in ejus socie-
tatem & consortium venisset Heroina sine
exemplo , uxor tua , non solum sanctitate
morum & aliis matronalibus virtutibus ad
invidiam instructa ; sed & præceptis sapien-
tiæ ac egregiis istis artibus tam insigniter
exculta , ut sexus sui ornamenta longe post

EPISTOLA DEDICATORIA.

se reliquerit, unaque inter tot Illustrissimas matronas sit merita, cui ex sequiore hoc sexu spes illa non tam Galliæ, quam Europæ, Magni Regis filius natu maximus committeretur. Hos omnes fructus tibi tulit sapientia tam religiose a te culta, quæ nunquam amatores sui destituit; sed omnibus & suis & fortunæ bonis, illa vel maxime refragante, cumulat. Hinc vetus iste sapientiæ antistes Hesiodus, cum propter antiquum usum & consuetudinem, qua ut cæteri omnes sapientiæ magistri tibi jam olim fuit devinatus, tum quod dulcedine & suavitate versuum, quos scribis, ei non concedas, maxime sub Illustris tui nominis patrocinio in publicum gestiit prodire: & ego qui id operam dedi, ut cultior paulo, detersis non paucis maculis, quæ ei barbaries superiorum temporum inusserat, prodiret, commotus fama præstantis tuæ virtutis, doctrinæ & bonitatis, sub illius umbra ausus sum ad illustrem tuam gratiam adspirare, & hoc meæ in te observantiæ monumentum publicare. Quod studium meum si tibi probabitur, inviosi voti me compotem esse factum existimabo. Vale, Dux Illustrissime. Trajecti ad Rhenum Eid. Januar. c l o I o c l x v i i .

CANDIDO LECTORI.

NHesiodi hac nova editione quid præstatum sit,
& quibus subsidis instructus ei adornanda me
accinxerim, paucis accipe. Graeca verba non nisi
ex antiquis codicibus & interpretibus, iisque scri-
ptoribus, qui bujus poëta sententias olim laudarunt, emen-
davi locis non paucis, quorum rationem in lectionibus meis
reddidi. Ex Latina quoque versione magnam vim errorum sus-
tuli. De multis in iisdem egi notis, de aequo multis non putavi
verba esse perdenda, cum essent tam manifesti, ut in iis notan-
du paulo humaniores operam me lusisse judicaturi fuissent. Et
vereor jam ne fastidiosis & delicatis lectoribus nimius hic fu-
sse videar. Vsum duorum manuscriptorum librorum mihi
præstitit Vir summi ingenii, plurimaque & multisaria erudi-
tionis, Isaacus Vossius, recentium eorum quidem & charta-
ceorum, sed qui tamen summopere mihi profuerunt. Ex bonis
enim & antiquis libris eos suisse descriptos appareat. In utroque
vero solum illud carmen reperiebatur quod rei rustica & fa-
miliaris præcepta complectitur. Theogonia & Aeneis desidera-
batur. Alteri subjectus erat Tzeza commentarius & interfa-
cere versibus singulis explicatio verborum singulorum, tan-
quam quedam metaphoris, quam sub glossarum veterum
Vossiani codicis nomine nonnunquam laudo. Librum vero
hunc primum appello. Alter qui secundus est, subnectitur ali-
quot Euripidis Tragediis. Expositionem Procli, insignis illius
Philosophi Platonici manu exaratam mecum communicavit
Clarissimus & elegansissimus Vir, Marquardus Gudius, cui
& hoc plurimisque nominibus aliis sum devinctus. Ineditas
quasdam annotationes Illustris Scaligeri, & perpetuas sere
notas eruditissimi Francisci Guieti, ex duobus exemplaribus,
quorum marginibus eas adscripserat, excerptas ad me cura-
vit

L E C T O R I.

vit Emericus Bigotius, decus illud sua Galliae, qui natus est ornandis literis, illorumque conatibus, qui in arte aliqua egregia illustranda elaborant, promovendis. Has Guieti curas (quas novissimas ei fuisse, & postremum librorum, quem evolvit, antequam in fatalem morbum incideret, is, cui eas debemus, nobis confirmavit Bigotius) si maturius vidisset, correctior hac editio non uno in loco prodiisset. Sed cum mibi traderentur jam maxima pars Hesiodei operis, mearumque in id lucubrationum erat profligata, & descripta typis: certe qua in Elysia scripseram & in Aspidem omnia. Hinc non licuit annotare in quibus postea virum illum egregium mecum in easdem cogitationes & emendationes incidisse deprehendi, ne quis suspicetur ejus me compilasse scrinia. Nonrunt multi apud nos viri docti, dudum meis observationibus ultimam fuisse impositam manum, ut nihil post hæc iis accesserit, cum Guieti liber ad me perferretur, quamvis postea per horum temporum, quibus vexamur, diritatem intervernerint, qua pœne consecutam editionem diu retardarint. sed in secunda editione, quam cum Gracis interpretibus, & omnium qui huic præstantissimo poëta lucis aliquid attulerunt sua cura & industria, notis, publicare, si vivo, constitui, nihil eorum desiderabis. Interea his fruere, & si quos codices antiquos, aut observationes ad secundam illam, quam sperare te jubemus, editionem ornandam conferre potes, noli quoque ea bono publico invidere. Faxo tibi constet officium ratio. Vale.

H E S I O D I V I T A.

*Ex Lili Gyraldi, de Poëtarum
Historia, Dialogo II.*

DE Homero jam satis. A quo non longe
absuit senex, rusticana agrestique facie.
Jamdudum, inquit Piso, Hesiodum no-
bis affers. Ipsum, inquam, profecto He-
siodium, quem & aliquo tempore cum Homero
floruisse accurati quidam prodidere scriptores, ali-
cubi licet Cicero noster Homerum longe faciat an-
tiquiorem. Vetus certe disceptatio inter Gramma-
ticos, Gellio & Seneca & Pausania testibus, uter æ-
tate præcesserit: qua de re & dialogos duos Ponti-
cus Heraclides scripsit, & Cyrillus libro primo
contra Julianum Cæsarem, centesimo, inquit, l x
& quinto anno post captam Troiam, Homerum &
Hesiodum fuisse dicunt. & reliqua. Tum paulo
post subdit idem Cyrillus: Tradunt autem qui-
dam, quod Homerus non fuit coætaneus Hesiodi,
sed in illis fuerit temporibus, regnantibus apud He-
bræos Azaria & Ozia, apud Medos Arbace, apud
Latinos autem Proca Sylvio, ante scilicet consti-
tutionem Olympiadum. Quæ cum dixissem, Nos,
inquit Piso, summopere avemus de te audire, quæ
tu assidua lectione super hac re annotaveris. Qui-
bus ego, Libenter sic agam, inquam, remque ideo
altius aliquanto repetam. Porphyrius enim & ple-
rique alii, Hesiodum Homero juniores annis cen-
tum

H E S I O D I

tum faciunt, atque ante primam Olympiadem. Quam opinionem sequi videtur Solinus, qui ita scribit: Inter Homerum & Hesiodum Poëtam, qui in auspiciis Olympiadis primæ obiit, centum x x x anni interfuerunt. Alii eadem Homeri ætate floruisse scriptum reliquere. quam opinionem & Philostratus habuisse videtur. Et Velleius non damnandus historicus, (tametsi quidam insulse nullum fuisse Velleium suspicantur) & M. Varro in primo de imaginibus, ut est apud Gellum, Non est, inquit, dubium, quin aliquo tempore eodem vixerint Homerus & Hesiodus: idque ex epigrammate comprobat, quod in tripode inscriptum fuerat, qui in Helicone Musis positus erat. Epigramma quod apud Dionem legi, & inter Græca epigrammata, tale est:

*Hesiodus posuit Musis Heliconibus istum,
Cum cantu vicit divinum in Chalcide Homerum.*

Græcum vero si mavultis, hoc est:

*Ησίοδος Μάστοις Ελικωνίοις τόνδ' ανέζηκε,
Τύμνω νικήσας δὲ Χαλκίδη θεῖον Ομηρον.*

Verum ubi in hunc sermonem incidimus, hanc vobis, utcunque meis verbis potero, historiam ex Plutarcho recitabo, qui eam tum in quinto Symposium attigit, tum in eo, quod Septem Sapientum convivium inscribitur, copiose explicavit. Homerus, inquit, & Hesiodus in Oelyci Thessali exequiis & Amphidamantis Chalcidensis, carminibus certarunt, qua in re dubia atque anceps judicum fuit sententia. Conversi, inquit, sunt ad hujusmodi interro-

V I T A.

terrogationes, & proposuerunt inanes, ut aiunt, quasdam nugas. (si modo recte interpretamur, ως Φασὶ λέγεται, non ως Φησὶ λέγεται, ut passim legitur: non tamen decerno, conscius & Lesches nomen esse proprium Poëtæ Lesbii) Homerus quidem sic:

*Musa mihi referas, que non unquam ante fuere,
Neve futura retro.*

Tum vero ex tempore respondit Hesiodus:

*Verum cornipedes quando Iovis ante sepulcrum
Festinantes propter palmam plastra terebant?*

Ob hoc ferunt Hesiodum maximæ omnibus fuisse admirationi, atque tripodis præmium assecutum. Sed Græca, inquit Piso, ipsa carmina audire cupio: dure enim admodum & incondite ea vertisse videbis. Audite ergo ea Græce, inquam. non enim eo inficias quod ais. Homerus quidem ita:

*Μύσαι μοι ἔννεπ' ἐκεῖνα τὰ μῆτ' ἐχύοντα πάροιτε,
Μῆτ' ἔσται μετόποθεν.*

Sic vero Hesiodus:

*Αἴλλ' ὅταν αἱμφὶ Διὸς πύμηω καναχῆποδες ἵπποι
Ἄρματα σωλείψωσιν ἐπειγόμενοι φένικης.*

Porro ne & hoc vos lateat, judicem inter Homerum & Hesiodum Panidem Chalcidis regem fuisse, res usque in proverbium deducta ostendit, Πανίδης ψῆφος, Panidæ suffragium: quod in eos ferri solet, qui in erudite minusque sapienter judicant. Pulchre, inquit Piso, & sane simul monstrasti, eadem Homerum & Hesiodum ætate fuisse: sed nihil vetat quo minus eadem diligentia reliquam ejus Poëtæ vitam, ab Atticis usque literis (quod aiunt) nobis

H E S I O D I

repetas. Faciam id libenter, inquam, quando pa-
rum hoc à nostris hactenus hominibus est, quod
sciam, factum. Hesiodi igitur nomen, ut ab hoc in-
cipiam, a caste & pudice loquendo deductum vide-
tur, ἦσιδης τὸ ήσιν αὔδω. Patria vero illi Cuma: quæ
urbs inter Æolicas numeratur, ante Lesbum sita.
Num tu, inquit Piso, Hesiodum Ascræum fuisse
negas? eo enim nomine a Græcis & Latinis voca-
tur. Recte tu quidem, inquam; sed si me vos au-
dire volueritis, qua id ratione factum intelligetis.
Hesiodi quidem patria Cuma fuit Æolica, ut ab
Herodoto, Strabone & Stephano traditum est. Va-
lerius quoque Probus, non alium, quam Hesiodum,
intelligere Virgilium autumat, illo carmine:

Vltima Cumæi venit jam carminis etas.

Quod scilicet Hesiodus Cumæus primus ætates ex
metallis commentus est; ut liquido videtur in eo,
quod Εἵδη inscribitur, poëmate. Natus ergo He-
siodus Cumæ, patre Dio Ampelidis filio, qui ex
Menalopo Ithagenaœ Critonis filio natus erat, ma-
tre vero Pycimede: qui utique parentes ære alieno
oppressi, cum unde dissolverent nomina, non ha-
berent, in Asram Bœotiae vicum demigrarunt, u-
bi est puer Hesiodus educatus, atque inde Ascræus
cognominatus. Plutarchus ex Ephori Cumæi sen-
tentia refert, Attelen, Mæona, & Dion, Cumæos,
fratres fuisse, quorum Dius, quem nauticam exer-
cuisse comperi, ob eam quam attulimus causam, in
Asram migravit, ubi (ait) Pycimeden uxorem du-
xit, ex qua natum ferunt Hesiodum: qui dum pa-
terna

V . I . T . A.

terna armenta puer custodiret, à Musis amatus fuisse perhibetur: quæ illi gustandam laurum dedere: eam enim lauri naturam esse scribit ipsius Poëtæ interpres Proclus, & Isaacius Zezes, ut qui eam mandunt, vates fiant: unde & Lycophron Poëta ea causa δαφνηφαίγον vatem nominat. Idem & in Cassandra Sophocles. Et noster Tibullus agens de Sibylla:

*Vera cano, sic usque sacras innoxia laurus
vescar, & eternum sit mihi virginitas.*

Aphthonius quoque rhetor, laurum vaticinii symbolum esse prodidit: quare & laurum ipsam veteres μαρλικόν φυτόν appellavere, hoc est, Vaticinam plantam. Et Claudianus ait:

— *Venturi præstia laurus.*

Eadem ratione Apollini sacra dicitur, qui vaticinii Deus a gentibus est creditus. Quin & hujus arboris foliorum crepitum, dum cremantur, antiqui futura (utinam non & hoc nostro tempore!) prædicebant: quod & Philosophus Porphyrius credidit. Si enim magno strepitu in igne crepuissent, felicitatem significabant: si siluissent, unde & Tacita laurus est dicta, infelicitatem. Et perinde de illa idem Tibullus:

Laurus ubi bona signa dedit, gaudete coloni.

Et Propertius:

Et tacet extincto laurus adusta foco.

Lauri insuper folia si noctu pulvino subjecta fuerint somniorum veritatem conciliare produntur. Dictam autem Daphnen, prodit Eustathius, a δας particula intensiva, & φωνέω verbo: quod *voco* &

H e s i o d i

canō significat, quod laurus in igne posita crepet & sonet: unde fortasse & ipsi nos Latini laurum deduximus, à λα, ut δα, particula intensiva, & υρο, ut si non voce, at significatu conveniat. Si plura vero de lauro discere cupitis, præter ea quæ à nostris traduntur, legite Parthenii librum Εγωληκῶν, & Constantini librum x i de re rustica, quo loco plura leguntur parum Latinis nota. Sed jam a lauro ad Hesiodum revertar, qui lauro gustata, haustaque Hippocrenes unda, repente Poëta prodiit. Id cum alii, tum ipse de se in Theogonia cecinit. Quam rem ita Maximus Tyrius interpretatur, ut Hesiodum putet voluisse, quæ sui ingenii & artis esset fœtura, in Deas referre, ut se Musis gratum testaretur: ut si quis æra jam calleat, Vulcano tamen sua assignet opera. Sed hac de re plura apud ipsum Maximum legetis. Delectatum quidem peregrinationibus Hesiodum legimus, sicuti & Homerum: quam rem tamen in somnium quidam retulere. Alii, quod qui peregre proficiscuntur, facilius prudentiam cæterasque virtutes comparare existimantur, quod mores scilicet hominum multorum videant. Uxorem quoque duxisse proditum est Ctemenen Physigei filiam, & ex ea Stesichorum Poëtam natum. Alii non uxorem fuisse, & ob hanc ipsum Hesiodum occisum. Nam cum de se scitatum oraculum Delphos ivisset, ei que responsū foret, ut Nemeæi Jovis templum vitaret, quod ibi esset vitæ finem habiturus, cumque ea causa Nemeam Peloponnesi fugeret, forte in Oeonem

neonem Locridis pervenit, ubi Nemæzi Jovis templum fuerat, ut scribit Thucydides, quo in loco incautus ab Amphiphane, & Ganetore Physigei liberis interemptus est, quod ab eo vitiatam sororem Ctemenen crederent. Cadaver ab iis in pelagum projectum est: id quod cum occulte fecissent, ab Hesiodi cane facinus est proditum, ut scribit Plutarchus. Alicubi tamen non Physigei filii, sed Ganyctoris Naucletii dicti sunt, ut in illo est, cui titulus, Quænam animalia prudentiora, terrestriane, an aquatilia. Pausanias quoque in Bœoticis, Hesiodi interitum ita recitat: Filii, inquit, Ganyctoris, Ctimenus & Antiphus, in Molycrian ex Naupacto fugerunt ob Hesiodi necem, ubi in Neptunum impii existimati sunt, de illisque est facta quæstio. & cætera quæ ille prosequitur. Mortis Hesiodi causam Plutarchus sic in Dioclis convivio explicat. Cum Milesio, inquit, comite & Troïlo puero Hesiodus apud quendam hospitatus est: noctu Milesius hospitis filiam vitiavit: rei conscientium Hesiodum rati puellæ fratres, illum inter pascua cum puero occiderunt, & cadaver in mare projecerunt: pueri vero corpus in littore reliquerunt, a quo & loco nomen inditum. Ferunt, inquit, Deorum voluntate a delphinis cadaver ad littus delatum, ubi tum forte Neptunalia celeabantur. Id scelus ubi incolæ intellexerunt, interfectorum domos diruerunt; vivos ipsos, qui facinus admiserant, aquis suffocarunt. Alii post diem tertium a delphine in littus cadaver devectum tradunt.

H E S I O D I

dunt. Re cognita, occisores navigatione sibi consulere volentes, vi coortæ tempestatis ad unum omnes deprehensi, naufragio periisse dicuntur. Post hæc Hesiodi corpus in Nemea Locridis sepultum perhibetur, qua de re extat Alcæi Poëtæ carmen. Dein vero oraculo monente, ejus ossa exportata ab Orchomeniis, & in medio foro, hoc addito elogio, tumulata:

Αἴσκρη μήν παῖεὶς πολυλήιΘο, αἴλλας Ἱανόν Θ.
*Οὐτέ αἰληξίππων γῆ Μινυῶν κατέχει
Ησιόδος, τὸν αἰλεῖσον. Καὶ αὐτῷ πότες κλέθος εἶστιν
Αὐτῷ πομφύων κερνομένων καὶ βασινώ σοφίης.*

Tum Picus puer: Cur non & hos Latine, ut alios versus nobis exprimis? Ut, inquam, noster Piso hos ipse convertat, & ego interea ad memoriam cætera revocem. Et Piso: Faciam equidem, inquit, utcunque potero: & non diu cunctatus, sic cœpit:

*Fertilis Ascre quidem patria est: verum morientis
Pugnaces Minya condita membra tenent
Hesiodi, cuius supra omnes plurima laus est,
Spectatosque viros judicio sophia.*

Quos cum Piso recitasset, mirum est quanto sit rubore suffusus. quod animadvertis ego, causamque intelligens, statim subdidi. Legimus & Græcum alterum Pindari, quod ita noster Cælius Latine vertit:

*Salve cui pubes, tumulusque bis obtigit unus,
Tu sapiis Hesiode, quantum homini sapere est.*

Sed & Aldus ita prius:

Hesiode

*Hesiode ante alios sophia præstantior omnes,
Salve, bis quondam qui puer atque senex.*

Græcum Pindari, si vultis, sic habet :

*Χαῖρε δίς ἡβόσας, καὶ δίς τάφος αὐλιζολήσις
Ησίοδ', αὐθεώποις μέτεον ἔχων σοφίης.*

Verum jam tempus est, inquam, ut quæ ab Hesiodo scripta sint, commemoremus, si tamen prius illud unum, quod in Græcis commentariis reperi, attulero, super ea in Εργοις verba, μῆτ' ἐμὸς γός. Filius, aiunt, Hesiodi Mnaseas est. Philochorus vero Stesichorum dixit ex Climene : ego tamen legendum puto, Ctemene, ut jam ostendi. Alii tamen ex Archiepe : quo fit ut eos mirer, qui scribunt, Hesiodium præter Stesichorum & filiam habuisse Mnaseam nomine, quam Archiepen vocant alii. Porro sexdecim Hesiodi legitima feruntur volumina : in primisque Theogonia, a Philosopho Zenone inter alios interpretata. Deinde Εργα καὶ ἡμέραι, id est, Opera & Dies. In quo opere de re rustica præcepta tradit ad Persen fratrem, quem & ipsum Poëtam aliqui scribunt. Sunt & qui putent, Ηοίας μεγάλας, sic vocata carmina, Hesiodi esse, ut Eunapius Græcus historicus, & in Bœoticis Pausanias. quo loco & alia Hesiodi opera commemorat, de quibus jam ante plane meminimus. Posthæc Astronomica scripsit, tum Hypothecas, quas tamen Fabius Quintilianus, ex Aristophanis Grammatici sententia, Hesiodi esse negavit. At vero Aristoteles & Grammatici nonnulli, ut Hesiodi legitimum opus in medium afferunt. Scripsit

H E S I O D I

item Heroüm & Heroïdum Genealogias: ad hæc & de mulieribus: quo in opere Heroïdas multas induxit virorum fortium nuptias, ut ait Servius, optasse. Dion vero Chrysostomus ex Alexandri Macedonis sententia, Hesiodum ea causa de mulieribus scripsisse dixit, quod Homero concederet, qui de heroibus ante scripsisset. Et quidem Lucianus ait, Hesiodum mulierum virtutes concinuisse. Tradit Pausanias, Hesiodum vaticinandi artem ab Acarnanibus edoctum, de ea carmina scripsisse. Scribit Nicocles, quod & in Pindarum Grammatici notant, Hesiodum primum ῥαψῳδησαι, hoc est, per rhapsodias carmina cecinisse. At vero Hesiodus ipse, se cum Homero in Delo in Apollinem hujusmodi versus primum concinuisse prodidit, dum sic cecinit, ut pridie diximus:

*In Delo ium primum ego Mæonidesque Poëta
Lusimus, inque novis carmen cantavimus hymnis
Auricomum Phœbum, quem Latona edidit alma.*

Sed videte, rogo, quam ille dulcius suaviusque sua lingua:

*Ἐν Δῆλῳ πότε πεῶτον, ἐγὼ καὶ Οὐμηρός, αἰοιδοί
Μέλπομεν, τὸν νεαροῖς υμνοῖς ῥάψαντες αἰοιδῶν,
Φοῖβον Αἴπολωνα χρυσάσσον, ὃν τέκε Λητώ.*

Scripsit item Hesiodus Pelei & Thetidis Epithalamium, sicuti priore sermone retulimus. Scripsit & de Dactylis Idæis. Item Epicedium in Batrachum amicum, & quod adhuc legitur poëma inscriptum Herculis Scutum: quod tamen Aristophanes Grammaticus non Hesiodi esse suspicatus est, sed cuiuspiam

piam alterius, qui Homericum sit imitatus. Megacles autem Atheniensis, & Apollonius Rhodius, Stesichorusque, ipsius Hesiodi legitimum carmen esse censuere. Scripsit idem de Medicina. qua de re Plutarchus in Symposio Dioclis. Hesiodus, inquit, in Medicina plurimum valuit. quod manifeste apparet, cum de victus ratione, de vini temperamento, de aquarum vi, de balneis, de fœminis, de temporum connexione, deque infantium statu differat. Et hæc quidem Cleodemus medicus apud Plutarchum. Sunt & qui Hesiodium de herbis scripsisse tradant. quod ex Plinio colligitur. Nec defunt qui Hesiodium scribant autorem eorum apologorum qui Æsopi dicuntur. Quæ ego cum dixisse, Vide, inquit Piso, quam paucis carminibus M. Manilius in secundo Astronomicō ista fere omnia Hesiodi opera complectatur. Nam cum Homerum laudasset, mox ita de Hesiodo subjunxit:

— *Sed proximus illi*

*Hesiodus memorat divos, divumque parentes,
Et chaos enixum terras, orbemque sub illo
Infantem, & primum titubantia sidera corpus,
Titanas juvisse senis cunabula magni,
Et sub fratre viri nomen sine fratre parentis,
Atque iterum patris nascentem corpora Bacchum,
Omniaque immenso volitantia corpora mundo.
Quin etiam ruris leges cultusque rogavit,
Militiamque soli, quod colles Bacchus amaret,
Quod fœcunda Ceres campos, quod Pallas utrunque,
Atque arbusta vagis essent quod adultera pomis,*

H E S I O D I

*Sylvarumque Deos sacrataque numina nymphas,
Pacis opus, magnos natura condit in usus.*

Cum recitasset hos versus Piso. Si velim, inquam ego, quæcunque omnia de Hesiodo legi, vobis in præsentia recensere, in longum nimis noster sermo procederet: quædam tamen haud indigna relatu nequaquam præteribo: Scribit in primis Dialogum Lucianus, qui Hesiodus inscribitur, in quo Hesiodum ipsum de se multa narrantem inducit, eumque ipse, ut solet, irridet. Sunt & inter Græca epigrammata in Hesiodum multa. Extat & apud Græcos proverbium, de iis qui super senescunt, Hesiodia senectus: de quo & Pindari distichon legitur, quod ante ab Aldo & Cælio nostro interpretatum attulimus. Pythagoram scribit Philosophus Hieronymus, cum ad inferos descendisset, Hesiodi animam vidisse ad columnam æream suspensam astrictamque adeo, ut stridere videretur, & cum ea Homeri quoque animam serpentibus undique incinctam, ea videlicet solummodo causa, quod de Diis falsa suis carminibus confinxissent. Qua re factum puto, ut Ponticus Heraclides contra Homeri calumniatores librum illum ediderit, qui est inscriptus, Allegoriae in iis quæ de Diis ab Homero dicuntur, & responsiones in ejus calumniatores. Videri enim, inquit, posset Homerius, Salmoneus, vel Tantalus, immoderatam atque intemperatam linguam habens, si quæ de Diis cecinit sub alia significatione, non intelligerentur. Et quidem de Homero Heraclides, quod & de aliis

aliis Poëtis bonis, ut hesterna die diximus, intel-
ligi potest. Sed tametsi excellentis ac prope divi-
ni ingenii fuerit Hesiodus, non tamen ideo obtre-
& tatoribus illum caruisse accepimus: siquidem ini-
quas adversum eum controversias exercuisse Cer-
copem legimus: in tantum excellentissimus quis-
que aliquo detractore est vexatus. Homerus qui-
dem, ut Zoilum mittam, a Siagro Poëta laccis-
tus, Pindarus ab Amphimane Coo, Simonides a
Timocreonete. Nec Virgilio Horatioque nostris,
defuere Parones, Mævii, Bavii atque Suffeni, alii-
que, de quibus in nostris his sermonibus sparsum,
ut fere locus, plura dicemus. Sed & hoc Home-
romaſtigæn genus nostro hoc tempore non minus,
quam pridem, viget. Plures quidem nunc Critici
& Zoili, quam versificatores & Poëtæ. At de He-
ſiodo jam satis.

H E S I O D I V I T A

E Fulvii Ursini Elogiis descripta.

 Esiodum Dio patre, & Pycimede matre natum Olympiade prima, 1 x ante Romanam conditam annis floruisse, ex scriptoribus cum Græcis tum Latinis, colligimus. Patria illi Cumæ, Æolicarum urbium una, ut Herodotus & Strabo annotarunt. Inde autem ære alieno oppressum patrem Dium migrasse ferunt, Ascramque Bœotia vicum petisse; a quo Ascræum deinde Hesiodum dictum. Ejus mortem, cum senex admodum esset, recitat Plutarchus in Dioclis convivio. Proverbium inde factum, Hesiodia senectus. Hesiodo statuam in publico Constantinopolitano gymnasio, quod Zeuxippi dicebatur, ex ære positam fuisse, intelligimus ex his Christodori versibus in lib. 5 Epigrammatum Græcorum,

Ησίοδος ἀλέας Ασκραῖος ὄπειασιν εἰδέτο μύσταις
Φθεγγόμενος, γαληνὴς ἀλείξετο γνωστὸν λύστην
Εὐθεος ἴμείρων αἰράγειν μύσλος.

Quos Laurentius Gambara Brixianus ita in Latinum transluit:

*Hesiodusque choros Ascræus stabat agrestes
In se, Hamadryadum media sublimis in aula:
Ærea & effigies fundebat ad aethera carmen.*

Pausanias quoque in Bœoticis Hesiodo statuam æream à Thespisibus in urbis foro positam fuisse scribit. qui & aliam Hesiodo statuam in templo Jovis Olympici collocatam narrat in rerum Eliacarum libro 1. De Hesiodo Velleius lib. 1. Hujus temporis æqualis Hesiodus fuit circa centum viginti annos distinctus ab Homeri ætate, vir perelegantis ingenii, & mollissima dulcedine carminum memorabilis; otii quietisque cupidissimus, ut tempore tanto viro, ita operis auctoritate proximus, qui vitavit ne in id, quod Homerus, incideret; patriamque & parentes testatus est; sed patriam, quia multatus ab ea erat, contumeliosissime.

D E
H E S I O D I Æ T A T E.

*Ex Johannis Gerhardi Vossii libro de
poëtis Gracis cap. II.*

SIc statuimus nihil nunc antiquius habere Græcos poëmatis Homeri & Hesiodi, sed quando hi vixerint, veteres ipsi certant incerti. Hesiódum multo juniores Homero (*quem vixisse Olympiadum initio, vel paulo post, Romuli tempore temporibus, paucis ante ostenderat*) Cicero putavit. Uti & Porphyrius ac Solinus, quorum ille annis c, hic c x x x post Homerum vixisse existimat. Alii eo quod simplicior sit antiquorem fuisse conjectant. Plurium vero opinio est fuisse æqualem. Ut Varro in primo de Imaginibus, teste Agellio, Plutarchus V Symposiacon & VII Sapientum convivio, item Philostratus. In eo dissensu ob plurium consensum, & quæ de certamine Homeri ac Hesiodi prodita sunt, maluimus nos aggregare iis, qui aliquo tempore simul vixisse existimant. Non multum abit quod apud Cyrillum legas floruisse Hesiódum paulo ante primam Olympiadem, regnante in Latio Proca Sylvio, vel quo alii floruisse dicunt Olymp. I V, ut est apud Fabium in Chronicis. Apud quem etiam legas ad præcedentem Olympiadem floruisse tum Eumelum Poëtam, qui Bugoniam & Europam scripsit. Fuerint igitur & Hesiódus & Eumelus æquales. Nec multum abit Tzezes, qui Hesiódum refert ad Olymp. X L. Operæ vero est attendere ad id, quod Hesiódus ipse scribat, sub ætate Arcturum ἀξέρων in Bœotia exortum fuisse VI II die Martii. unde Poëtæ hujus ætas in tantum saltem possit colligi, ut error si quis sit saltem intra 70 annos sic constiturus, sicuti observat Jos. Scaliger in Eusebianis animadversionibus, num. M C C L V.

Ex ṭ Σγίδα.

Hεσίοδος Κυριαῖς. οὐ Θ
ῆ κηρυκιοθεῖς ωντὸς πε-
πρὸς Δίος, καὶ μετρὸς Πυκιμή-
δης, τὸ Αἴσκοντα τῆς Βοιωτίας.
Γενναλογεῖται ἐναγός Δίος
Ἐλμπελίδες Μελανόπιτε.
ἐν φασὶ πνεοῖς Ομύρος αθε-
τάποροι εἶναι πάπποι, οἵ
αἰτιούσια εἶναι Ησίοδος τὸ
Ομύρον. ἐκάπερον ἐν δέσμῳ
Ἀτλαντοῦ καθέγεντο. ποιη-
μέναι ἐν αὐτῷ ταῦτα, Θεογο-
νία, Εργα καὶ Ημέρα, Αἴσκος,
Γινακῶν καθέλου Θεοῦ τὸ βι-
βλίοις εἰ. Επικήδειος τοῖς Βά-
πταχός πνεοῖς ἐρώμενος αὐτῷ.
Πιετὴ τὸ Ιδαῖον Δακτύλιον.
Ἐπλάνα πολλά. Επιλέπτος ἐ-
πιξενωθεῖς παρ' Αἰνίφῳ καὶ
Χίρμῳ· οἱ τύχαιρες δόξαις τε
αἰνιρέειν φθορέας αἰδελφῆς ε-
σωτῶν, ἀνεῖλον τὸ Ησίοδον ε-
κγυνεῖς. Λιβύης οὐ Ομύρος πατέ-
πνεος πεισθεύτερος. καὶ ἐν αλ-
λαξι, σύγχρονος. Πορφύρεος
καὶ αἴλοις πλεῖστοι νεωτερον ε-
κφτον σύνιστον ὁ Εἰρίκος.

*Ex ṭ Διογυσίᾳ τῷ
Ἀλικαρνασσίῳ.*

Hεσίοδος μὲν γῆ ἐφεύγοντες
πόλεις, καὶ ὄνομάτων
λειότεροι, καὶ συγένετος ἐμ-
μελῆς.

Ex Suida.

Hesiodus Cumæus. Cæterum
à patre Dio & Pycimede e-
jus matre, in Ascria, translatus
eo, vixit. Genus ac familiam il-
lius ab Ampelide Dio, Melanopi
filio deducunt. Quem nonnulli
Homeri abavum fuisse volunt.
Ut Hesiodi consobrini filius fue-
rit Homerus. Utrumque autem
ab Atlante volunt oriundum es-
se. Eius autem hæc sunt poëma-
ta: Opera & Dies, Scutum, Mu-
llierum Catalogus, libris quinque.
Epicedium Batrachi, quem in de-
liciis habuit. De Dactylis Idæis.
Alia item multa. Obiit autem,
cum ad Antiphum & Crimenum
hospes divertisset. Qui cum να-
τη sororis suæ stupratorem tol-
lere se existimarent, Hesiodum
ignari sustulere. Fuit autem Ho-
mero, ut quibusdam videtur, an-
tiquior. Alii eadem tempestate vi-
xisse autumant. Porphyrius, &
alii, centum omnino post annis
floruisse tradunt.

*Ex Halicarnassensi
Dionysio.*

Hesiodo autem magna volu-
ptatis fuit cura, tum æqua-
bilem dictionem accuratamque a-
mat compositionem.

Velleius

Velleius Paterculus Hist. lib. I.

Hujus temporis æqualis Hesiodus fuit, circa cxx annos distinctus ab Homeri ætate, vir perelegantis ingenii, & mollissima dulcedine carminum memorabilis, otii quietisque cupidissimus. ut tempore tanto viro, ita operis auctoritate proximus. qui vitavit, ne in id, quod Homerus incideret: patriamque & parentes testatus est. Sed patriam, quia multatus ab ea erat, contumeliosissime.

Fabius lib. X.

Raro assurgit Hesiodus, magna pars ejus in nominibus est occupata. tamen utiles circa præcepta sententiae, lenitasque verborum & expositionis probabilis: daturque ei palma in illo mediocri genere dicendi.

Αλκαίος εἰς τὸ αὐτόν.

Δ Οχειδώροις νέμεσι σκιερῷ γάκων Ησιόδειο
Νυμφαὶ κρηπιάδων λέοντος δότε σφετέρων,
Καὶ πάθοις υψώσασθε. γάλακτι ἐπιρρήσσεις αὐτῶν
Ερράγαν, ξανθὸν μεζάνιδρον μέλιτη.
Τοῖσιν γὰρ γῆραις ἀπίπνεες, σύντια Μησῶν
Ο πετόσθις καθαρῶν γαλοσάμφων λιβαδῶν.

DANIELIS HEINSII

in Hesiodum

EPIGRAMMATA.

Δ Ημέτερη τελείωσις, σὲ μὲν πολυηγία καρεκόν
Αἰδαίνειν σοφίας εἴκεστος, αὖτε συχνῶν.
Τὸν μὲν παῖς Δίοιο καὶ αἰγαῖον Πυκιμέδην,
Αἴσκρης σύνατην, οἰδὲν αἴμηνοιδυθόν.
Ζεῦ γὰρ ὑπὸ τειφθεῖσι μεγαλώνυμος, χαρεὶ δὲ ἔχετλον
Τῇ μὲν αἰρέσθαι, τῇ δὲ μέγας δρίπατος,

Aegae.

Ἐκ τῆς Σγίδας.

Hεσίοδος Κυριαῖος. νέος ἦ κηρυκιοῦ εἰς τὸν δὲ πεπόνθεος Δίον, καὶ μητρὸς Πυχιμῆδης, σὺν Αἴσαρῃ τῆς Βοιωτίας. Γενναλογεῖται ἐν ταῖς Δίστην Λάρισας Μελανόπιτε. οὐ φασί πνεος δὲ Ομήρου αφεπτύπτοντο εἶναι πάππου, οὐδὲ αὐτούσιαν εἶναι Ησίοδος τὸν Ομηρον. ἐκάπερον δὲ λέπτον δὲ Αἴγαλον ηγέρειον. ποιηματίαν δὲ αὐτοῦ ταῦτα, Θεογνίδια, Εργά καὶ Ημέρα, Αἴσαρις, Γινακῶν κατάλογον τὸν βιβλίοις είναι. Επικήδειος εἰς Βατεαχόν πνεος ἐρώμενος αὐτοῦ. Πορεία τοιούτην Δακτύλων. Εἰ αὖτα πολλά. Επιλέπτος δὲ πεπονθεῖς παρέστη Αἴγαλφος καὶ Κηρύδης οἵ τούτων δόξαντες αὐτούρειν φθορέας αἰδελφῆς ἐσαΐων, αὐτοῖς τὸν Ησίοδον αὐχνύντες. Ιωνίος δὲ Ομήρου πατέριν πνεος πεισθεύτερος. καὶ δὲ αἴλας, σύγχρονος. Πορφύρεος καὶ αἴλας παλαιστοις πεντετερον εκφεύγοντον σύνωνται.

Ἐκ τῆς Διογυσίου τοῦ Ἀλικαρνασσίου.

Hεσίοδος μὲν γνώμη οφεόντον τούτης, καὶ ὀνομάτων λειτουργοῦ, καὶ συνθέσεως ιμεριῶν.

Ex Suida.

Hesiodus Cumæus. Cæterum à patre Dio & Pycimede e-jus matre, in Ascrea, translatus eo, vixit. Genus ac familiam illius ab Ampelide Dio, Melanopi filio deducunt. Quem nonnulli Homeri abavum fuisse volunt. Ut Hesiodi consobrini filius fuerit Homerus. Utrumque autem ab Atlante volunt oriundum esse. Ejus autem hæc sunt poëmatata: Opera & Dies, Scutum, Muliherum Catalogus, libris quinque. Epicedium Batrachi, quem in de-liciis habuit. De Dactylis Idæis. Alia item multa. Obiit autem, cum ad Antiphum & Crimenum hospes divertisset. Qui cum nobis sororis suæ stupratorem tollere se existimarent, Hesiodum ignari sustulere. Fuit autem Homero, ut quibusdam videtur, antiquior. Alii eadem tempestate vivisse autumant. Porphyrius, & alii, centum omnino post annis floruisse tradunt.

Ex Halicarnassensi Dionysio.

Hesiodo autem magna volup-tatis fuit cura, tum æqua-bilem dictionem accuratamque a-mat compositionem.

Velleius

Velleius Paterculus Hist. lib. I.

Hujus temporis æqualis Hesiodus fuit, circa cxx annos distinctus ab Homeri ætate, vir perelegantis ingenii, & mollissima dulcedine carminum memorabilis, otii quietisque cupidissimus. ut tempore tanto viro, ita operis auctoritate proximus. qui vitavit, ne in id, quod Homerus incideret: patriamque & parentes testatus est. Sed patriam, quia multatus ab ea erat, contumeliosissime.

Fabius lib. X.

Raro assurgit Hesiodus, magna pars ejus in nominibus est occupata. tamen utiles circa præcepta sententiae, lenitasque verborum & expositionis probabilis: daturque ei palma in illo mediocri genere dicendi.

Αλκαίος εἰς τὸ αὐτόν.

A Οχείδωρον νέμει σκιαρέλινον Ησιόδεο
Νύμφην κερπιάδων λύσσων δάσος σφετέρων,
Καὶ πάφον υψώσασθε. γάλακτις ἢ ποιμήνες αὐτῶν
Ἐρραγαν, ξανθὸν μιξάμενος μέλιν.
Τοῖλα γὰρ τὴν γῆραν ἀπέπνεεν, σύντα Μεσσῶν
Ο πείσθεντος καθαρῶν γυναικῶν λιβάδων.

DANIELIS HEINSII

in Hesiodum

EPIGRAMMATA.

A Ήμέτερε τείχιστε, σὲ μὲν πολυηγέσσα καρπὸν
Αλδαίνειν σοφίας εἴκεστε, ἀπεισαχύνετε.
Τὸν μὲν παῖς Δίοιο καὶ αἴγρυόν Πυκιμέδης,
Αἴσκρης σύντατης, οἰδεν αἴμησάμενον.
Ζεῦ γὰρ ὑπὸ τρεφθεὶς μεταλάνημεν, χειρὶ δὲ ἐχέτλην
Τῇ μὲν αἰρέσθαι, τῇ δὲ μέτα δρίπναις,

AEGEUS

Αὐτὸν τὸ ὁκτάβλαμφον, σέπικίσ λιμῷ ἀμεών,
Πανθίσις κερυφίων δρέψατ' ἀπ' ἴδμουσιν.
Τὰν ἐσὶ ἀγλαόκερπα θαλύσια δῶκε κερμίζειν,
Μελπόμενος γλυκερῆς ἔργα γεννήσιν.
Σεφρεσσώνιαν δὲ ἐδίδαξε, καὶ ὡς πλέον ἥμισυ παντὸς,
Ἐκ Μεσέων σφίνης μέτρῳ διδασκομένῳ.
Ἄλλα τὸν γέρον μέλα χαῖρε πανόλειον· σοὶ γένεται
Πολλὰ καὶ πιντάλια γαῖα φυγασθείσα.

In eundem.

Διαφυοφάγος, γλυκύμενθος, ἀπὸ φίλου γέρειδης,
Γῆς δρότος θεῖος δείκνυστι Ήσίοδος,
Πιερίδην γένιτων πολυάνυμος. ὃ πόποι, ὃ Ζεῦ,
Ἡ γλαφυρᾶς τάστης αἴνατε γείσειν.

In eundem.

Πῆμα κακὸς γένιτων ὅστοι τὸ ἄγαθός, μέγ' ὄνειρος,
Λίστελίδης θείος φάντα πέδη Ήσίοδος.
Ταῦτ' ἄρα Φρεστάμενος, γλυκερῆς φίλου γῆλιθα Μέσης,
Γείσείης αὐτῶν ἐμμόρφες Πιερίδην.

In eundem.

Ως μείκτηρ, ὃς ξανθῆς Δημοπέρου ἔργα κερμίζειν,
Βίλπις Εἰρηνῆς παῖ, γέρον Ήσίοδος,
Δαιμοστοιοῖς θεῶν νέμεται σὺν βένθεσιν ὑλης,
Ποίμνιαν ηδὸν ἀγέλην τὸ Ελικανιάδο.
Εὐθὺς τε βικηλέοντα θεῶν πελάτην τίκνα θεῶν το,
Πηκτίδης φίλην τερπόμενος κρεβδίλιον.
Ἡ πάχα πιμπάζοντα βόας, καὶ μηκόδειας αἴγας,
Ἡ πάχα καὶ λεπίτες πηγαίνειν δόντακτες,
Εὐτε τοὺς λαλαγόντας, καὶ αὐθεσιν σιαρειοῖσιν,
Οἷα φιλεῖ λιγυρῶν ἐθνεα μηλονόμενα.
Καὶ τοι σκῆπτρον ἔδοι Μεσέων βασιλῆα γένεσα.
Αὐτοφυτῆς θεῶν σῆμα δαημοσιών,
Χαῖρε, πάτερ, τοιόδοι, καὶ ἰλαθοῦ ἄμεμε ψήνοιο,
Αἰπόλιτος τεστερον, τινὸς δὲ ἀρέτοιδεπόλει.

In

In eundem.

Υψαγέει ποτ' αἰσθόν ἀναζητών Αργο-,
 Ή φύσις δρχαῖον δείξαθε Μαινοίδην.
 Δευτὸς Αργος μέγ' ἔχωντος, καὶ οἱ περιλέμνους τοι, μετάχας το
 Κέκλεσθε, καὶ δέοντος μελπείδην Λιανοίδην.
 Τοῦ δὲ ἄρετος γιοφόροιο πάλαι καλύτερον πότυνα Δημό,
 Βῆδη δὲ τὸν ὑψηλῆς αὔγεα Πιερέα.
 Εὐτὸν δὲ οἱ κλυτότοξοι σπαστοί ηλθεν Λαπόδην.
 Οὐ καὶ μείζον Ασκραῖον δείξαθε δὲ Ησίοδον,
 Ησίοδον Φιλόρευθον, διέζυρη σπίκαμη
 Γεννόρημον, Μισῶν αἴχον Ελικωνιάδην.
 Ως ὁ μὲν ηδὲ μείζον Πηλοπιάδην Λαζλῆον,
 Καὶ σφετέρων ὀρμάς τὴν μέρον ηριζόμενον.
 Λύτρας ὁ γῆς δρότης, καὶ διστρότης τοῖσι μείζοις
 Εὖ Διὸς ψερπίνη σήμαλον, τοῖς τὸν ἔρεδας.
 Ως εὐέδων μεγάλων διοσπόντων γαῖαν ἐκοστόν,
 Οὐ γέπικμαρτγάνη ηγετον, ὃς δὲ αἰγαλεῖ.

In eundem.

Χαῖρε θεᾶν Ασκραῖος τοῖς ψερπάδοις δύρων ἔχων
 Μηδέα καὶ ταλάνθη καὶ γῆραν οὐδενός τοις.
 Μισῶν τατεφῆται παλαιογῆνες. οὐτοις ἐκδύεται
 Πολλὰ πάπερι θυμεῖ δίνεια καὶ πρεσπίδας,
 Τείρει πάντα μεράν, τάπερα ψερπός έτεφάνωται,
 Καὶ Κρονίδα βυλαῖς, καὶ φάσον ηελίε,
 Τέλος Σελήναις λιπαρίον φλόγα, μαῖαν δρύρης,
 Αγλαδὸν δρχαῖον σῆμα φυλασσοεῖνος.
 Λεχαίδης, ιληκόπτερος μέρος περιστάλινον οὐσον
 Πάντα Σελήναις, γνώστος Ησίοδον.

2 Ασκοπόντας τινάταις θέτει πάτησι
καὶ εἰσερχόμενος ἐκτιναγθεῖται τοῖος θεοῦ. Ήσει δὲ
τοῦτο τοιαῦταις εἰσερχόμενος καὶ πάτησι τοῖος θεοῦ.

ΗΣΙΟΔΟΥ ΤΟΥ ΑΣΚΡΑΙΟΥ

Εἶργα ό, Ημέρα.



Οὐσαὶ Πιερίηδεν αἰσιδῆσι κλείσουσι
Δύντε δὴ, συνέπετε σφέτερον πατέρ' ὑμνεῖσαν.
Οὐ τε Διὸς βροτοὶ αὐδρες ὄμως αἴφατοι τε
Φατοί τε.

Ρήτοι τ' αὔρρητοι τε Διὸς μεγάλοιο ἔκην.

τε. γενοῦτο Πεῖα μὴν γῆς Βελάδ, ρέα τῆς Βελάοντα χαλέπιδη
εβανία. Πεῖα δὲ αἰείζηλον μινύθη, καὶ αὐδηλον αἴξει.
τε. γενοῦτο ταῦτα Πεῖα δέ τ' ιθαύς σκολιὸν, καὶ αὐγλώσει κάρφο
τε. γενοῦτο ταῦτα Ζδὺς ὑψίβρεμέτης, ὃς ταύροτα δώματα ναιδεῖ.
τε. γενοῦτο ταῦτα Κλῦθι ιδῶν αἴων τε· δίκη δὲ ιθαε δέμισας
τε. γενοῦτο ταῦτα Λιτώη· ἐγὼ δέ κε πέρητη μαυδισαίμενος. 10

Οὐκ αἴρει μεῖνον ἔλιν ἐρέδων γῆν, αἷλ' ὅπτι γαῖαν
Εἰσὶ δυω· τὰς μὲν κεν ἐπανήσειε νοήσας,
Ηδὲ ὅπτιμωμητή. Διὸς δὲ αὖδιχα δυμὸν ἔχεστιν.
Ημὲν γῆς πόλεμον τε κανόνι καὶ δῆμον ὀφέλα,
Σχετλίη· τοῖς τάχει φιλεῖ βροτὸς, αἷλ' οὐδὲν αὐάγκης 15
Αἴγανάτων βαλῆσιν ἔρει πιμῶσι βαρεῖσιν.

Τινὲς δὲ ἐπέριει, περιτέριει μὲν ἐγείνατο νύξ ἐρεβεννή,
Θῆκε δέ μιν Κρονίδης ὑψίζυγον, αἴθερι ναιῶν,
Γαιῆς ἐν ρίζησι καὶ αὐδεῖσι, πολὺν αἱμείνω.
Ητε καὶ απάλα μνόν περ ὄμως ὅπτι ἐργον ἐγείρει. 20

Εἰς ἕτερον γάρ τις ιδῶν ἐργοιο χαπίζων
Πλάστον, ὃς αὐδίδει μὲν δρόμημαν ήδε φυλάσσειν,
Οἰκόν τ' δέ δέδηστοι ζηλοῖ δέ τε γείτονα γείτων,
Εἰς αἴφευον αὐδίδοντες αἴγαδή δὲ ἐρεις ηδε βροτοῖσι.

Καὶ κερφυμός κερφυμεῖητε, καὶ τέκλον τέκλων, 25

Heis alies 1.650. f. statu i. dyplo. et. Antit. n. 2.21. et. i. p. 42.
gt. facilius ac priueniuntur metriam non hancem non hancem. Rūtina, hanc am
et. scitatis nūm posta afficitur.

Καὶ

HESIODI ASCRAEI OPERA ET DIES.

MUSA ex Pieria carminibus gloriam conciliare solita
Adeste quo so , dicite vestro patri hymnum.
Per quem mortales homines pariter obscurique
sunt clarique.

Nobiles ignobilesque Iovis magni voluntate sunt.
Facile enim extollit, facile etiam elatum deprimit :
Facile praelarum minuit, & obscurum auget :
Facileque corrigit pravum, & superbū attenuat
Iupiter altitonans, qui supremas ades incolit.
Audi intuens & auscultans , & juste rege judicia
Tu : Ego vero Persa vera tradam.

Non sane unum est contentionum genus, sed in terra
Sunt duo : alterum quidem probaverit sapiens,
Altera vituperio est digna. diversa autem sentientem animum
Nam hac bellum exitiosum, & discordiam concitat, (habent.
Noxia : nullus hanc amat mortalis, sed necessario
Immortalium consilii litem colunt molestam.
Alteram vero priorem genuit nox obscura,
Posuit vero ipsam Saturnius sublimis in aethere habitans
Terræ in radicibus & inter homines, longe meliorem.
Hac quantumvis inertem , tamen ad opus excitat.
Alium enim quispiam intuens opere vacans
Divitem, & ipse festinat arare atque plantare,
Domumque recte gubernare. emulatur enim vicinum vicinus,
Ad divitias contendentem: bona ergo hac contentio hominibus.
Et figulus figulo succenset , & fabro faber,

4 Η Ε Σ Ι Ο Δ Ι

Καὶ πᾶντος πᾶντος Φθονέα, καὶ αἰσιόδος αἰσιόδω.

Ω. Πέροι, σὺ δὲ ταῦτα πεῖ ἐνικάτθεο δυμῶν.

Μηδέ σ' ἔρις καιρόχαρι Θεοῦ ἀπ' ἔργῳ δυμὸν ἔρυκες
Νείκεο ὀππίσοντες, αἴγορῆς ἐπακκονέοντες.

πλαστική μέρη σοδειαῖς γενετικαῖς τροφοντικαῖς φροντίδις.

Ωρη γάρ τ' ὄλιγη πέλεται νεικέων τ' αἴγορέων τε,
Ω πνι μὴ βί Θεοῦ ἐνδον ἐπιεῖσαν διατάκεται
Ωρᾶ Θεοῦ, τὸ γαῖα φέρει, Δημήτερ Θεοῦ αἴκτιο.

Τοῦ χειρεοσάμβου Θεοῦ νείκεα καὶ δῆρεν ὄφελοις
Κτύμαστε εἰπεῖσοις. σοὶ δὲ σύκετη δύτερον ἔται
Ωδὸς ἔρδειν αὐτὸν αὐθιτικούντων μετανοεῖσθαι
Γενέστι δίκαιοις, αὗτοῖς διός εἰσιν ἀρισταί.

Ηδη μὲν γὰρ οὐλῆρον ἐδασαμέθετο. αὐλάς τε πολλαὶ
Αἴρπαζων ἐφόρεις, μέγα κυδαίνων βασιλῆας
Δωροφάγες, οἵ τινες δίκαιοις ἐθέλοσι δικάσσαν.

Νύποιος οὐδὲ ισασιν ὅσῳ τολέοντι ημίου παντὸς,
Οὐδὲ σον ἐν μαλάχη τε καὶ αἰσφοδέλῳ μέγ' ὅνειρο.

Κρύψαντες γὰρ ἔχοστος θεοῖς βίον αὐνθρώποισι.
Ρηϊδήως γάρ καν καὶ ἐπ' ημαλὶ ἐργάσαντο,

Ως τέ σέ καὶ εἰς ἐνιαυτὸν ἔχειν, καὶ αἰεργὸν ἔοντες.

Αἴψα κε πιδάλιον μὲν ταῦτα καπνῷ κατέθειο,
Εργά βοῶν δὲ δάπολοιτο καὶ ημιόνων ταλαεργῶν.
Αὐλάς Ζεὺς ἔκρυψε χολωσάμβου Θεοῖς Φρεστὸν ἡσίν,
Οἳ μιν ἐξαπάτησε Πρεμηθεὺς αἴγκυλομήτης.

Ταῦτα αἴρεται αὐνθρώποισιν ἐμήσατο κηδεα λυγερό.
Κρύψεις δὲ πῦρ τὸ μὲν αὐθιτις ἐντοῖς πάσι ταπετοῖο,
Εκλεψεται αὐνθρώποισι διός πάροι μηδιόντες Θεοῦ

Εν ιηίλω γαρθηκι, λαθῶν Δία περπικέραυνον.

τοντονιστική μέρη αναπονητικαῖς τροφοντικαῖς φροντίδις.

Τὸν δὲ χολωσάμβου Θεοῦ περισέφη νεφεληγέρετα Ζεύς.
Ταπεινοίδη, πάντων πέρι μήδεα εἰδῶς,
Χαίρεις πῦρ κλέψας, καὶ ἐμαῖς Φρένας ηπεροπόδησας;

30
35
40
45
50
55

Et mendicus mendico invidet, & poëta poëta.

*O Persa, su vero bac tuo repone in animo :
 Neq; malis gaudens contentio animum tuum ab opere abducat,
 Lites spectanteem, concionum audiorem existentem.
 Cura enim parva esse debet litiumque & fori.
 Cui non est victus domi in annum repositus,
 Æstate collectus, quem terra fert, Cereris munus.
Quo satiatus lites ac rixam moveas
 De facultatibus alienis. Tibi vero non amplius licebit
 Sic facere : sed in posterum dirimamus controversiam
 Rectis judiciis, qua ex Iove sunt optima.
 Olim quidem hereditatem divisimus : alia autem multa
 Rapiebas, valde demulcens reges
 Donorum appetentes, qui hanc litem volunt judicasse,
 Stulti : neque sciunt quanto plus dimidium sit toto,
 Neque quam magnum in malva & asphodelo bonum.
 Occultarunt enim Dii vicium hominibus.
 Facile enim aliqui vel uno die tantum acquisivisses,
 Ut in annum quoque satis haberet, etiam ociosus.
 Statimque clavum quidem in sumo poneres,
 Opera vero boum cessarent mulorumque laboriosorum.
 Sed Iupiter abscondit iratus animo suo,
 Quia ipsum decepit Prometheus versutus.
